Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o octaua

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

Tres. Gloria. Tres. In ter-
tio noc. añ. Miſerere mei fili
dauid quid vis vt faciam ti-
bi dñe vt videam. ps cõſueti.
Añ Cecus ſedebat ſecus viã
z clamabat miſere mei fili da
uid. añ. Cecus magis ac ma
gis clamabat vt eum dñs il-
luminaret. ℣. Ego dixi dñe.
In illo tpe Scdm lucaz
Aſſumpſit ieſus duode
cim diſcipulos ſuos z ait illis
Ecce aſcendimus hieroſoly-
mam z conſummabũtur om-
nia que ſcripta ſũt p prophas
de filio homis. Et reliqua.
Omelia beati Gregorij pa.
Redemptor noſter p̃uidenſ
ex paſſione ſua diſcipulorum
animos pturbandos eis lon
ge añ z eiuſdẽ paſſionis penã
z reſurrectionis ſue gloriam p̃
dixit vt cũ morientẽ ſicut pre
dictũ ẽ cernerẽt etiã reſurrectu
rũ nõ dubitarẽt Tu autẽ. ℟
Temptauit deus abraham z
dixit ad eũ tolle filiũ tuũ quẽ
diligis yſaac z offeres illum
ibi in holocauſtũ. Sup vnuz
mõtiũ quẽ dixero tibi. ℣ Im
mola deo ſacrificium laudis:
z redde altiſſimo vota tua.
Super vnum. Lectõ octaua
Sed qꝛ carnales adhuc diſci
puli nullo mõ valebant cape
verba myſterij venitur ad mi
raculum ante eoꝝ oculos cecꝰ
lumẽ recepit: vt qui celeſtꝫ my
ſterij verba non caperent eos
ad fidem celeſtia facta ſolida
rent. Sed miracula domini
et ſaluatoris noſtri ſic accipiẽ
da ſũt fratres mei vt in veri
tate credantur facta z tamẽ p
ſignificationẽ nob aliqd innu
ant. Tu aũt. ℟ Angelꝰ dñi
vocauit abraham dicẽs ne ex
tendas manũ tuã ſup pueruz
Eo ꝙ timeas dñm. ℣ Et be
nedicẽtur in te omẽs tribꝰ ter
re Eo ꝙ timeas. Lectõ nona
Opera quippe eius z p potẽ
tiã aliud oſtendũt z p myſte-
riũ aliud loquũtur. Ecce em
quis iuxta hiſtoriã cecus iſte
fuerit ignoramus: ſed tamen
quẽ p myſteriũ ſignificet noui
mus. Cecum quippe ẽ genus
humanum quod in parente pri
mo a paradiſi gaudijs expul
ſum claritatem ſupne lucꝫ ig-
norans damnationis ſue tene-
bras patitur: ſed tamen p re-
demptoris ſui pñtiam illumi
natur: vt interne lucis gaudia
iam p deſideriũ videat: atꝙ i
via vite boni opis greſſus po
nat. T. ℟ Cecꝰ ſedebat ſecꝰ
viam tranſeũte domino ex-
clamauit ad eũ. ait illi domi
nus quid vis vt faciam tibi.
Raboni vt videam lumẽ ℣
Et qui preibant increpabant
eum vt taceret: ipſe vo multo
magis clamabat Raboni vt
videã lumẽ Gla Raboni vt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN